

*Tragopogon orientalis.* *Sp. pl. ed. Willd. III. p. 1493. n. 4?*

In collibus Iberiae australis ad rivum Dsegam.

Dubie admodum hanc speciem propono. Planta enim sub nomine *Tn. orientalis* in hortis culta quae cum sibiricis specimenibus bene congruit, omnino alia. Nostra vix *spithamaea angustifolia*, corollae radii subtus fusco striatae, antherae fuscae; illa vero pedalis et ultra, foliis quam in reliquis speciebus plerisque latioribus, radio corollae subtus antherisque luteis. His ultimis notis convenit cum descriptione *Linnaei l. c.* sed synonymon *Tournefortii* expresse requirit folia angusta. Hortum *upfaliensem* ad manus non habeo ut iudicare queam.

*Scorzonera lanata.* *Marschall taur. cauc. n. 1574.*

Circa *Derbentum.* Junio.

*Sonchus albanus.*

*S. pedunculis squamatis calycibusque glabris, floribus corymbosis, foliis ovatis subulato-dentatis, superioribus basi cordatis subsagittatis, infimis lyratis.*

Ad rivulos caucasi orientalis sub alpe *Schahdagh.* Junio 24

A *S. Sibirico* qui in *Sibiria* et circa *Petropolin* nascitur (*causicum* enim et *tauricum* non vidi) differt floribus duplo majoribus, calycis foliolis obtusiusculis viridibus (nec subulatis purpurascensibus), foliis ovatis crebre denticulatis (nec lanceolatis subintegerrimis). Flores pallide coerulei.

*Prenanthes tuberosa.*

*Prenanthes hispida.* *Marschall taur. cauc. n. 1592.*

In silvis Iberiae australis versus fontes fluvii *Akstafa.* Flor.

Aprili.

*Radix tuberosa.* Nomen erat mutandum alia enim jam exstat Pr. hispida a nostra diversissima.

*Leontodon alpinus.*

L. calyce exteriori erecto : squamis lanceolatis, scapo unifloro, foliis lanceolatis obtusis subdentatis glabris.

In summa alpe Schahdagh. Junio. 2.

Simillimus L. livido, sed distinctus flore majore calyce exteriori multo angustiore vix marginato, foliorum dentibus raris brevibus (nec longiusculis extrorsum hamatis. Pappus in semine immaturo brevissime stipitatus.

*Leontodon caucasicus.*

L. calyce exteriori laxo, squamis ovatis marginatis, foliis uncinato-pinnatifidis laciniis retrorsum subimbricatis.

In promontorio Caucasico ad fluvium Terek superiorem circa Tatartup. Floret primo vere. 2.

Foliorum forma valde variat praecipue quoad magnitudinem lacinae extimae, semper tamen distinctus a L. Taraxaco cui lacinae patentes distantes et calycis foliola exteriora lanceolata.

*Hedypnois rhagadioloides.* Sp. pl. ed. Willd. III. p. 1617. n. 3.

Circa Derbentum. Majo.

Caulis erectus vel saltem adscendens. Folia basi angustiora cordate amplexicaulia. Pedunculi sub flore valde incrassati.

*Hypochaeris canescens.*

H. foliis sinuato-dentatis glabris, caule ramoso folioso, pedunculis subsquamosis calycibusque pubescenti-canis.